1

~~187~~
171

Rde in Xto Pater.

Cum responso P. V. accepi observationes Cometæ tam prioris quam posterioris, posteriorem 12. Aprili hora $3\frac{3}{4}$. ~~ante meridiem~~ mane hic curavi observari et declinabat ab septentrione versus ortum 65. G. altus erat ab horizonte 12. G. terribilem habebat caudam, versus ortum suum cursum velocissimum habebat, ita ut vix ~~fuerit~~ potuerunt eum in instromentis observare, forsan præcedens et iste simul concurrent. Ex catalogo excerpsi libros quos non habeo ubi ✠. signum est libenter viderem, si V.P. posset mittere gratiæ mihi esset, expensas libenter refundam. meo Correspondenti Romæ scribam ut transmittat.

P. Bohm respondebit ipse, qui modo Znoimâ ad me excurrit, à quo multa didici. Pater Johannes Gruber Linensis me hic visitavit, qui cum Legato Cæsareo Constantinopolim pergit. Deus conservet P.V. multis annis pro meo solatio et in utilitatem Reipub. litterariæ. Crumlovij Moravorum 29. Aprilis Anno 1665.

P.V.æ addictiss. amicus.

Ferdinandus Johannes

P. Athanasio Kirchero.

R.do in Xo. Pri. amico
Nostro Pri. Athanasio
Kirchero Soc.tis Jesu Sac.ti

Romam.